



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Anatolia V.M. 9. Iulij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

S. ANATOLIA V. M. 9. Iulij.

RECTE lilyum dixeris virginitatis, sed spinas
easque plurimas inter. Vel ANATOLIA palam
id facit, pulcherrimi candoris & ipsa lilyum, quod
ubi carpere procul impudens desperavit, ex ama-
tore hostis factus; Fidem apud Iudicem accusa-
vit, cuius castimoniam non potuit. Itaque ex ve-
teri, sed pessimo more in exilium virtus mittitur.
Sed fallor. patriam putassem, ita in honore etiam
ibi fuit. Etenim cum Diodori Viri Consulatis fi-
lius (Anianum dixerunt) a malo genio corruptus
se numerò discruciarī ab ANATOLIA se clam-
rāset, quin ruptis subinde vinculis ad illius pedes
abjectus, missionem tandem accepisset, illicet ea
fama totum Piceni agrum pervasit, ut jam com-
mune omnium morbidorum asylon virgo exul-
lisset, jamque tam felix exilium invideret Decius,
ideoque huic vincula, equuleos & flammis super-
adderet, quia etiam Audacem nobilem magum
evocaret, qui immanem in virginem serpentem
armaret. Sed pepercit hic virginitati, non item
magistro suo Audaci, utpote in cuius collum ita
invasit, ut nisi manum auxiliarem virgo tulisset,
pereundum illi ab hoc collaris fuisset; quam tamen
sic Audax cervicem serpenti, Christianus postea
gladio non subduxit; quo ANATOLIA denique
etiam trajectu pudorem sanguine tinxit, hoc est
lilijs rosas miscuit. *Ex Surio.*

*Si nobis spuma, que sine peccato projiciuntur, horro-
rem faciunt in vestibus nostris; putat cogitationes li-
bidinosae, quas deabolus ingerit, qualiter horrorem fa-
ciunt Deo in animabus nostris? B. Cæsar. hom. 3.*

S. FELI.